



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Altissiodorensi Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

ergo omnino hominum &c. nostræ confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 111. kal. Februarij, anno decimo.

ALTISSIODORENSI EPISCOPO.

fol. 104.
Adversus nisi
tamen burgi de
Cassino.
Vide supra
ep. 61.

Audientiam nostram te significans pervenit quod quidam burgeses de Caritate, licet in ea per totum ferè annum vel pro majori parte morentur & contraeū exerceant usuraram, in tribus tamen festivitatibus annualibus se ad villas Regis vel aliorum Principum extra tuam dioecesim transferunt jura parochialia exercentes ibidem, ut sic se parochianos alterius mentientes, tuam jurisdictionem eludent, coram te juri parere penitus contemnendo. Quia igitur fraus & dolus nemini debet patrocinium impertiri, ut usurarios supradictos, si res ita se haberet, ad exhibendum tibi tamquam patri & pastori suo reverentiam & obedientiam debitam, recipiendo tua salubria monita & præcepta, monitione premissa per censuram ecclesiasticam nonobstante frustratorie appellationis objectu compellas, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo &c. nostra concessionis &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum 1 v. Idus Ianuarij, anno decimo.

D. 205.
De confirmata
tione privile-
giorum.
Vide supra in-
ep. 111. cap.
116.

PETRO ABBATI MONASTERII sancti Martini de Monte, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuri regularum vitam professis in perpetuum.

LIcet monasterium vestrum pauperulum fuerit ab initio, in tantam tamen processu temporis paupertatem devenit ut vix in eo tres monachi remanserint, possessionibus ejus vel omnino distractis vel graviter obligatis. Vnde in generali Cisterciensi Capitulo extitit diffinatum ut à Cisterciensi ordine separari deberet, cum in eo non posset Cisterciensis ordo servari. Nos autem, qui religionem intendimus fovere plantatam, nolentes ab ipso monasterio religionem penitus extirpari, mille libras tribuimus ad possessiones ejusdem monasterij retinendas, mandantes dilectis filiis Abbatii & fratribus Pontiniacensis cenobij, quod per Dei gratiam & in spiritualibus & in temporalibus valde floret, ut Ecclesiam vestram de nostra concessione in specialem filiam adoptantes, Abbatem & conventum ad ilam dirigerent reformatam. Quod ipsi grato prosequentes affectu, vos cum qui-

Tom. II.

busdam conversis ad ipsum monasterium transmiserunt. Verum quia nec sic monasterium ipsum sufficere poterat ad conventum sufficiendum honestum, Ecclesiam sancti Salvatoris positam juxta Orclem cum omnibus possessionibus & pertinentiis suis vobis & per vos monasterio vestro in perpetuum duxinus concedendam, impenitenti vobis auctore Domino in aliis necessitatibus vestris auxilium opportunum cum laudabiliter vos proficere cognoverimus, prout cupimus & speramus. Ipsum itaque monasterium, prædecessorum nostrorum felicis recordationis Eugenij, Alexandri, & Lucij Romanorum Pontificum vestigis inhærentes, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & praesentis scripti parrocino communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur &c. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in praesenti justè & canonicè possidet &c. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam sancti Erasmi ad portam Salsicke, Ecclesiam sancti Iohannis de Petra, Ecclesiam sancti Petri, Ecclesiam sancti Viti, Ecclesiam sancti Peregrini, Ecclesiam sancti Thomæ, Ecclesiam sanctæ Luciae de castro Viterbij, Ecclesiam sancti Clementis, Ecclesiam sancti Iohannis de Valle, Ecclesiam Leonardi cum hospitali de Rescietis. In Petrognano Ecclesiam sancti Andreæ, Ecclesiam sanctæ Mariæ, Ecclesiam sancti Zenonis, cum earum pertinentiis, Ecclesiam sancti Clementis cum pertinentiis suis. In Vetralla Ecclesiam sanctæ Mariæ de Caiano. Domos quas habetis infra castrum supradiicti Petrogiani, terras, vineas, hortos, oliveta, quæ habetis in territorio ejusdem castri. Terras quas habetis apud sanctum Alexandrum, & ipsam Ecclesiam sancti Alexandri. Campum de Larteso cum valle de Viniola, vineas, terras, silvas, & castanera quæ circa monasterium vestrum habetis. Vineas de Lugnano, cum olive. Terras quas habetis apud Montem Monasterulum. In castro sancti Victoris Ecclesiam sanctæ Luciae cum omnibus pertinentiis suis. Prædictam quoque Ecclesiam sancti Salvatoris positam juxta Orclem, cum omnibus possessionibus &

Q. ij